



**Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XXXVIII. Mensis datus ad acceptandum, an currat contra minorem, vel  
impeditum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](#)

Ordina-  
rione si ne-  
glecto pre-  
cepta alteri  
conferat  
an posse  
precisae  
requirenti  
poterit con-  
ferre.

Si concor-  
runt cum  
Precepta  
duo provi-  
si, annus, à  
Papa, &  
altero ab  
caro Cr-  
dinary. &  
quidam  
m.

An mense  
si datus  
ad accep-  
tandum  
errat cō-  
tra mino-  
rem vel  
impedit  
em.

Amplius dubitatur, si Ordinarius alteri conferat non Praecista, tempore debito, an postea eidem Precistae requirenti possit conferre? dubitacionem movet, quod in beneficialibus prohibita sit variatio, Clem. 1. de renuntiat, quod & alibi diximus. Nihilominus contrarium verius videtur, per c. fin. de tute pat. quod ad hoc laudat Rebuffi tract nominat, quiescit 16. na 13. nec obstat dictatio dubitandi, quia melius est se ipsum corrigit, quam ab alio corrigi, §. 1. Auth. de nupt. Deinde non praestat impedimentum quod de jure non solum sit effectum, Reg. non praestat de Reg. in 6. at qui prima collatio non tenuit, obtinente decreto irritanti huic Indulso inserto, Ergo &c.

Sed quid si negligente aut recusante Ordinario conferre praecista, hic re-  
currat ad Vicarium, qui ignarus collationis ab Ordinario alteri facta, em-  
dem conferat Praecista, & alius interim impetrat à Papa? quis istorum pre-  
rendus? Ex videtur quod Apostolicus; quia Papa potest prevente Ordina-  
rios, & conferre, cap. 2. de prabend. Nihilominus preferenda Vicarii collatio si  
confert uti Executor Apostolicus vigore Precum, id est quod potest supplete  
moram Ordinarij: Nam licet Vicarius non possit expedire ea quae sunt me-  
re gratia, potest tamen expedire ea quae sunt Justitiae, & necessitatis, Gal. de  
morte Landino in Clem. una, de off. Vicar. & DD. in cap. fin. 6.  
tit. 6.

Rursus an tempus istud unius mensis curret contra minorem, vel contra  
impeditum? probabile est illud tempus non currere durante minori aetate,  
vel impedimento, L. 1. C de annual. except. L. ob commissa, C de Adult. L. sine op-  
petit, §. sufficit ff de excus tut, ex quibus illa regula fit, quod impedito non cur-  
rit tempus, quam inter alios probat. Tiraq. de retrahit. lign. §. 3. glos. 4. & retrahit  
corrent. §. 2. glos. 1. na. 78. dummodo tamen illud impedimentum non sit  
affectatum, Tiraquel d. tract de retrahit. lign. §. 35. glos. 4. num. 29. Alexander  
Moneta d. Opt. Can. cap. 2. quesit. s. ubi scribit multo magis non currere tem-  
pus minoribus, durante iusto impedimentoo: sic etiam absentibus iusta de  
causa tempus non curret, text. in L. 1. ff. Ex quibus causis maiores. Dubitatione ta-  
men movet, quod in beneficialibus, & aliis spiritualibus minor censetur  
major, cap. ex parte, de restitu. spol. cap. si annum, de iudicio in 6. & censendum  
sui iuris est, sicut filius familias in castrensi peculio, L. 2. ff ad Macedo. Sed istud  
solvit hoc modo; verum illud esse in his quae sunt mere spiritualia, et pse  
glos. Abb. Anch. & alios in cap. ex parte, de restitu. spol. sfor. tract. derelict. in  
integr. quesit. 6. articulo 1. ut sunt matrimonium, ingressus religionis, votum, &  
similia: nam in aliis, quae non sunt mere spiritualia, sed spiritualibus solum  
annexa, prout est materia beneficialis, datur minori enormiter lazo in inte-  
grum restitutio Lud. Gomes ad Reg. Cancell. de Triennali poss. quesit. 15. & Co-  
var. L. 1. var resol. cap. 4. num. 2. & sequent. Flam. Paris tract. de benef. lib. 5. quesit. 7  
ubi etiam probant id procedere etiam si de lucro captando agatur, ut puta de  
bene-

beneficio acquirendo, cuius obtinendi jus, vel spem proximam quis habebat, Alex. Monet ad cap. 6. nro. 49. cui addit Guimer. ad pragm. sanctio. tit. pacif. possess. verbo, in glossa verbo impedimenti, ubi dicit, quod contra, pupillum ipso jure non currit temporis præscriptio, securus si sit major 14. annis, quia tunc curreat ipso iure; sed restituendus est, cum sit Iesus, & certet de damno vitardo, quo calu sit restitutio, etiam re non integra, & aduersus tertium, L. in causa, §. interdum ff. de minor. Quod notandum est.

g DUXERINT ACCEPTANDA ) De hac clausula dixi supra in glos. verbi, Intra mensem. Porrò adverte, acceptationem nihil aliud esse, quam declarati nem voluntatis, que à quocumque etiam laico fieri potest, dummodo speciale mandatum habeat, ut dicto loco ostendimus, & probat Covar. lib. 3. var. resol. cap. 16. Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. glos. 38. num. 24. & seq. sed ista acceptatio tendit ad executionem gratia, Geminia in cap. suscepsum. 2. de Rescript. in 6. Ruz. auct. tract. Regal. quest. 1. nro. 18. Sed utrum opus sit insinuatione gratia Precum ante mensem Ita videtur: nam alias Ordinarij manus non essent ligata, possetque conferre occurrente vacatione. Et non sufficit si fiat insinuatio per æquipollens, Germon tract. de Indult. Card. in inscript. num. 37. Quæritur porrò an sufficiat, si, Ordinario absente, fiat Vicario; ita videtur, adeo ut si postea Ordinarius conferat alteri, nou valebit, licet dicat se ignorare insinuationem factam Vicario, Rota decif. 43. nota att. in antiqu. Rebuff. de nominat. quest. 14. num. 60. Quid si Vicarius non sit in Diocesi? valebit nihilominus insinuatio, quia quæ sunt voluntariae Jurisdictionis, possunt etiam extra territorium exerceri, L. 2 ff. de off. Procons. Denique adverte, si Preces dirigantur Capitulo, illas insinuandas in Capitulo, Canonis capitulariter congregatis, ut notat Rebuff. d. quest. 14. num 74.

h ALIAS QVAM PER CONSTITUTIONEM AD REGIMEN ) Dictio Alias multis modis accipitur, sed in subjecta materia interpretatur pro aliter, seu alio modo, vel alio casu, ut L. 2. § mulier, ff de testa, videlicet quod Indultum nostrum Reservat omnia beneficia, eaque Precistis afficit quo cumque modo vacatura, aliter seu alio casu, vel modo, quam per extravagantem ad Regimen, Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. glos. 14. in si. Itaque adverte, quod hic excipiuntur tantum reservationes, de quibus in extravag. ad regimen, de præbend. per quam reservantur beneficia Capellanorum Papæ, & aliorum Officialium Rom. Curia, eorumque qui decedunt in Rom. Curia, vel locis à dicta Curia non ultra duas Diætas distinthus, & eorum beneficia quæ vacant per assumptionem aliorum. Aliæ porrò reservationes Precistis obnoxiae erunt; nam qui unum excipit, aliud videtur concedere, cap. Nonne, de Præsumptio. Et exceptio aliquorum casuum firmat Regulam in contrarium

K

quoad

Accepta  
tio quid.Insinua-  
tione Pre-  
cistis  
cum que-  
mensem  
an sit opus  
& quid si  
fiat Vicar-  
rio absen-  
te Ordinari-  
e. Ad  
extra dio-  
cæsum fa-  
ctum fa-  
ctum.  
Ita sub-  
sistat.Dictio Ali-  
as quid  
importet?